



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1566 usque ad annum 1572

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118634**

§. 104. Existimatorum Reformatorum, & Pinczoviensium Synodus Sereniae  
celebrata.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67213](#)

Sæcul. XVI.

A.C. 1567.

§. CIV.

*Existimatorum Reformatorum, &  
Pinczoviensium Synodus Sere-  
niæ celebrata.*

*Lubienski  
hist Ref.  
Eccl. Pol.  
Sandius  
Bibl. Anti-  
trin. p. 48.*

Interea dissidia Pinczovienses inter, & spurious reformatos semper continua-  
bantur, ac disputationes ultro, citro-  
que non sine ingenti vehementia ferve-  
bant: insuper præter Conciliabulum  
Lublini anno priori celebratum, rursus  
aliud Seriniæ exiguo minoris Poloniæ  
oppido ad diem vigesimam quartam Ju-  
nii anni supra millesimum quingentesi-  
mi sexagesimi septimi indicebatur, ubi  
convenerant centum, ac decem Viri  
tam generis nobilitate, quam munerum  
dignitate conspicui, præter innumeram  
utriusque sexus multitudinem, quam  
ex plebæis vel rei novitas, vel alia ne-  
gotia illuc attraxerant. Huic Synodo  
rursus Philippovius præerat, incassum  
ringentibus quibusdam Sacramentarii,  
qui hujus Præsidis fidem sibi suspectam  
habebant: acta autem hujus Concilia-  
buli conscribere jubebantur Criscovius,  
& Swzechovius nomine Casanovii, &  
Farnovii, aliorumque, qui unaomnes,  
quod Verbum, seu Dei Filius ante Ma-  
riam extiterit, ac Cæli, terræque Crea-  
tor æque, ac Pater fuerit, propugnabant,  
ac proin veri erant Ariani, atque hujus  
hære-

hæresiarchæ errores defendere nitebantur, eoquod Verbum ab æterno fuisse, **Sæcul XVI.**  
**A.C. 1567.**  
minime adderent. Ex adverso Coscia-nus, & Budzinius nominabantur a se-cretis pro parte Schomanni, Grego-rii Pauli, Sexurini, Albini, & Cali-novii, qui afferebant, quod Filius, Ver-bum Patris interpres, seu Jesus ante mundi originem non exstiterit, nec esse cœperit nisi sancti Joannis Baptistæ æ-tate, ac Cæfaris Augusti tempore: ad-hærebant enim Lælii Socini opinioni, qui tradebat, quod Christus Dominus non fuerit, usque dum Maria eum con-cepit. Porro diu utrinque disceptatum, postquam vero quilibet allegatos sacræ Scripturæ textus pro proprio suo genio explicaverat, eosque ad suæ caussæ de-fensionem detorserat, discessum est, cum minori tamen tumultuantium strepitu, ac in prioribus conventiculis factum.

### §. CV.

#### *Autonomia Philippovii suæ in Polo-niæ Ecclesiis stabilita.*

Farnovius inter suos magni nominis

Vir, cum cedere haud assuetus esset, ad-versus eos, qui Jesum Christum ante Matrem suam exstitisse negabant, acri-ter calamum suum stringere aggredie-batur, unde in sectariorum Ecclesiis novæ oriebantur dissensiones, ex iis  
**vero**